



ARABIA,
seu
Arabum vicina;
rumq; gentium Ori-
entalium leges, ritus,
sacri et profani mo-
res, instituta et
historia.

Accedunt praeterea
varia per Arabiam
itinerum, in quibus mul-
ta notata digna enar-
rantur.

Amsterdami.
Apud Guiljelmum et Ioannem Blaeu 1635.

DE
NONNVLLIS
ORIENTALIVM
VRBIBVS,

Necnon.

Indigenarum Religione ac moribus, tra-
ctatus brevis.

*A Gabr. Sionita Professore & interprete Re-
gio ac Ioanne Hefronita interprete Regio, Ma-
ronitis è Libano,*



FRÆ.

CAPVT I.

Arabia & Arabum nomen atque origo, & eorundem in equitando ars, arma, rapina, cibi, ac vestes. De oryza fabella.



Rabia non ab Arabo Apollinis & Babylonix filio, ut Latino- rum plerique asserunt, sed ab Araba plaga, non longe à Me- dina sita, nomen sortita est, quam incoluit Ismaël, Abrahami & Hagar filius, à quo etiam Ismaelitæ & Hagareni dicuntur. Huic vero plagæ nomen dedit Jaarob filius Cahhtan seu Iectan, filii He- ber, filii Saleh, filii Sem, filii Noe, qui primus, Mohamede Ben-Iacub Sirazita viro doctissimo, Arabicæ linguæ thesauri authore teste, Arabicæ linguæ inventor extitit, & post ipsam Ismaël, qui prædi- ctam plagam incoluit, eam excoluit, ele- gantem, ornatamque reddidit: ea de cau- sa Sirazita ille patrem eloquentiæ Arabi- cæ Ismaelem vocat. Quod si credere vel- lemus Iusoso Ben-Abdillatif, nobis per- suaderet Cahhtan seu Iectan Abelis pro- nepotem extitisse, ut in sua illustrium vi- rorum Genealogia aperte asserit. At hoc est aperte affirmare linguam Arabicam primam omnium extitisse, quod non faci- le probatur nec approbatur, aut tunc tem- poris terram non fuisse labii unius, quod clare ut falsum convincitur. Melius igitur doctissimus Sirazita tenet Iectanum ex filiis Noe fuisse, cui etiam favet sacrarum paginarum autoritas Gen. cap. IO. Ara-